

88. FRAN. PETRARCH.

da fides est, apud Ciceronem ita scriptum video, Crasso dicente: Nemo tam arrogans, qui similiter se vñquam dicturum esse consideret. Et iterum: Omnibus auditis orationibus, sine vlla dubitatione sic statuo & iudico, neminem omnium tot & tanta quanta sunt in Crasso habuisse ornamenta dicendi.

M. ANTONIVS.

Idem M. Antonio testis adest. Siquidem cum in quodam loco, de hoc deque superiori simul loquens dixerit, fuisse certumque tamen studio & ingenio & doctrina præstantem omnibus tum in suo genere perfectum, ut neque in Antonio deesset ornatiss orationis, neque in Crasso redundaret: alio tamen loco, omnium quos ipse audisset eloquentissimum ait Antonium, quasi de industria dubium relinquens, quo tantarum laudum statram potissimum inclinaret. Sed fama huius vulgatior videtur, cui multum addidit nouissimus dies vitæ, in illa enim tempestate Mariana, ubi nullus tunc portus erat, iussi sceleris ministri Antonium occidere, cum ad conspectum hominis venissent, oratione eius attoniti coruscantes iam mucrones recondebant, diuina

vix